



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Preceptoriu[m] Nico. [de] Lira ordinis seraphici Francisci/
sive Expositio tripharia brevis vtil[is] in decalogu[m] legis
diuine**

Henricus <de Frimaria>

Nicolaus <de Lyra>

Colonie, 19.05.1495

De accidia q[uod] e[st] q[ua]rtu[m] peccatu[m] mortale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31207

De accidia

vel fidem sine aliud nomen venerabile. Et his similibus modis committit peccatum ire quod est mortale.

De accidia quod est quartum peccatum mortale.

Accidia quod est quartum peccatum mortale. Et hoc est valde triste et reprehensibile peccatum. Cum enim deus dederit nobis sensus corporis.

videlicet pedes et manus et cetera. ut laborare possimus et exercitare nos in hoc mundo in quo positi sumus et tamen in tristitia et inertia consumimus vitam nostram sine aliquo exercitio laudabili. valde in nobis reprehensibile est. Nam formica que est animal brutum absque ratione. et paruum preter cetera animalia. nullas quasi vires corporis habens tamen semper laborat ad victum quanto magis et nos que rationem habemus et intellectum. non debemus inuacuum gratiam deire cepisse.

Et hoc peccatum committit multis modis. Et primo quando quis stans ociosus cogitat malum. et cogitat quomodo possit suam malam machinationem producere ad effectum. Item quando quis per suam pigritiam non confidit multa bona facere que tamen facere possit sed tamen propter pigritiam suam non ponit se ad faciendum illa. Item quando homo non satisfacit officio ad quod tenetur. et hoc facit propter inertiam et pigritiam suam. et hoc maxime est considerandum apud clericos qui non debent propter pigritiam dimittere horam officii sui. Item quando homo efficitur tristis ad bonum peragendum propter longum otium.

Item quando homo stans sine exercitio cogitat malas cogitationes circa res illicitas. His autem et similibus modis committit peccatum accidie. quod est mortale peccatum. et est nobis cavendum.